



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

44 Ipsius munus ex consitutione Concilij Nicaeni primi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

priuilegia. i 2. vers. & quia huma-  
nitatis C. de Sacros. Ecclesiis , \* 43  
Patres quoquè Concilii Nicenii  
primi , celebrati sub D. Silue-  
stro præsente Constantino Ma-  
gno statuerunt , quod eligatur in  
omni Ciuitate aliquis sæcularis ,  
vel Religiosus , qui sit discretus , &  
paciens , quem manifestum sit  
via recta , & orthodoxa incede-  
re , \* vt prouideat ijs , qui in 44  
carcere sunt , siquè inter eos  
reperiat merentem liberari , de-  
beat illum adiuuare , vt libere-  
tur è carcere , & si cui ad libe-  
rationem opus fuerit aliquo  
sponsore , studeat querere qui  
pro illo spondeat ; si verò reus  
gratis criminis non sit dignus  
liberari , debeat saltim illum

adiu-

adiuuate , nè eidem desit victus,  
& vestitus , admonendo eligendū , ne  
què sit negligens in omni eo ,  
quod ad causam illius expediendā pertineat , quòvsquè  
iustè , ac vt meritus est iudice-  
tur , vt latius exprimitur cap. 80.  
inter Canones eiusdem Concilij  
ex Arabico in Latino versos à  
Francisco Turriano Conciliorum  
Bimij t. 1 . pag. 449 . col. 1 . vbi idem  
Turrianus subdit , prædicta ho-  
die Romæ fieri per Procuratorem ,  
& Aduocatum pauperum , qui  
eisdem modis adiuuant detentos  
in carcere , disertiquè eliguntur ,  
vt valeant eorum causas melius  
defendere .

Vsuquè propterea receptum  
est

est à Principibus Christianis,  
 præcipue verò à Summis Pon-  
 tificibus dissertissimos viros in  
 pauperum Aduocatos \* ære pu- 45  
 b'ico constituere , vt illi acerri-  
 mos defensores gratis , publica-  
 tamen impensa fortiantur , se-  
 cundùm glof. in l. 1. §. ait Prae-  
 tor V: non habebunt vers. sed quid  
 ff. de postulando Bald. in l. unica,  
 n. 8. vers. & forte , C. de suffra-  
 gio, Caccialup. de Aduocatoq. 3.  
 n. 1. in fin. cum seq. tract. tom. 3.  
 par. 1. fol. 360. à tergo. Boer. de-  
 cis. 325. num. 1. circa medium ,  
 vers. sed si. Simanc. de Catholic.  
 Instit. tit. 5. de Aduocatis , nu. 6.  
 Rebuff. super Concordatis , tit. de  
 Electionis derogatione V. Regium  
 Aduocatum, sub vers. & hæc sti-  
 pen-